



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

130. An in casibus supradictis, ut Episcopus possit dispensare, requiratur, ut matrimonium sit contractum bona fide saltem ex parte unius? Et quid, si mala fide cum supradicto impedimento ambo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

allata causa dissolueretur, vel partes non valentes probare impedimentum cogentur cohabitare cum manifesto incontinentia periculo, vel interdum impedimentum non possit declarari absque infamia eius, cuius culpa contractum est.

Sup. hoc in
fra in Ref.
137.

8. Et hanc doctrinam, Perez de *Matrimon.* disputat. 4. sect. 6. num. 4. putat esse veram, quamvis contrahentes non sint pauperes; quia etiam in diuitibus potest vrgens necessitas occurrere ex distantia ab vrbe Roma, & magno incontinentia periculo, vt docent Sanchez, & Basilius citati. Et certe si Episcopus cum paupere dispensare potest, qui ratione inopia non habet recursum ad Pontificem; cur non poterit similiter idem prestare, quando ratione vrgentis necessitatis animæ & periculi magni incontinentia in ipsa mora consulendi Pontificem.

9. Habet etiam locum prædicta doctrina, quamuis occurrant duo occulta impedimenta, sine etiam plura, vt docent quoque Sanchez *disp. citat. num. 6.* & Basilius *cap. 13. num. 3.* quia quando committitur alicui facultas delegata dispensandi in aliquo impedimento, tamen non possit dispensare repetitis duobus, quia mixtum sub simplici non comprehenditur; tamen cum in hoc casu necessitatis sit, quæ tollit reservationem, sicut tollit comparatione simplicis, tollit etiam comparatione mixti. Et idem nostram sententiã, præter Doctores citatos tenet Ochagavia de *sac. Matr. dispens. tr. 4. q. 2. n. 7.* Pontius de *Matr. lib. 8. cap. 13.* Coninck *disp. 33. dub. 3.* Sala de *legibus disput. 20. sect. 3. num. 25.* Hurtadus de *matrimon. disputat. 26. diff. 2. num. 7.* Tannerus *tom. 4. disputat. 8. quest. 4. dub. 9. num. 161.* Villalobos *tom. 1. tract. 14. dub. 25. n. 3.*

Sup. hoc in
fra in Ref.
134. §. Sed
difficultas.

10. Sed an casibus supradictis Episcopus possit dispensare, si sit facilis recursum ad Legatum Apostolicum? Henriquez *cap. cit. num. 1.* & potissimum in *commentario litera H.* affirmat.

11. Sed omnino videtur non posse, si Legatus hac in parte privilegium aliquod habeat à Pontifice: cum enim Episcopus nihil possit in similibus impedimentis potestate ordinaria, sed solum, ex tacita Pontificis concessione propter vrgentem necessitatem, cui non potest aliter commodè occurrere, non potest dici sublata hac necessitate respectu Episcopi Pontificem tacite facultatem concedere; hæc autem auferretur, si adesset alius, qui ex eiusdem Pontificis particulari concessione possit dispensare.

RESOL. CXXX.

An in casibus supradictis, vt Episcopus possit dispensare, requiratur, vt matrimonium sit contractum bona fide saltem ex parte vnius?

Et quid, si cum mala fide cum supradicto impedimento ambo contraxerint?

Et quid, si cum mala fide, quamvis procedat ex lata culpa, & ignorantia crassa, & culpabili, sed requiratur, vt scienter presumatur?

Et in quibus vtroque casibus potest Episcopus dispensare, an non ideo possit eius Vicarius Generalis, nisi specialiter ab Episcopo id ei committatur? Ex p. 8. tit. 3. Ref. 79.

Sup. conten-
to in hoc, &
duobus §§.
tegg. in Ref.
134. per to-
tam, & infra
in Ref. 134.
§. Verum, &
supra in Ref.

1. Negat Henriquez *lib. 12. cap. 3. num. 2.* sed licet hæc sententia videatur verior communitè loquendo; tamen, ait Præpositus in 3. par. *quæst. 7. de impedim. Matrimon. dub. 2. num. 12.* quod sententia Henriquez videtur probabilis in casu alio quo valde raro: nam quando valde magni referret ad bonum publicum conferuandum, vel ad impe-

diendas discordias inter illustres familias matrimonium aliquod non solui, Episcopus possit dispensare in impedimento etiam cum iis, qui mala fide cum illo contraxerunt. Confirmatur ex eo quod Sanchez *disputat. citata, numer. 7.* doceat Episcopum posse ex vrgentissima causa dispensare etiam ante matrimonium contractum. Quamuis ergo in nostro casu coniuges sint indigni dispensatione: quia tamen bonum commune id postulat. Pontifex videtur tacite consentire, vt Episcopus possit dispensare. Ita Præpositus. Sed tu cogita, hoc enim mihi non placet: rem quia ipsi contrahentes sunt iam concij nullitatis matrimonij, possunt, ac debent interim abstinere, aut federe, donec obtineatur dispensatio à Pontifice. Tum præsertim, quia dum Concil. Tridentinum *sess. 24. cap. 5.* prescripsit, vt qui scienter intra gradus prohibitos matrimonium contrahere, & multò magis si consummate præsumperint, spe dispensationis careant: planè non relictum locum Episcopi arbitrio, & æquitate, ad concedendam talem dispensationem, idemque decernit *ibi* Concilium, si cum ignorantia impedimenti contractum sit matrimonium, sed neglectis solemnitatibus ab Ecclesia requisitis. Dicit *neglectis*; non verò si iuste, & de licentia superioris fuissent prætermissa, & ita docet Auerla de *sacrament. Matrimon. quæst. 19. sect. 2. & alij.*

2. Nec valet dicere, posse Episcopum dispensare, si vnus coniugum contraxit bona fide, quamuis alter mala fide contraxisset; quia Concilium iniungit illam dispensationem: priuationem in vim pœnæ; sed æquum non est, puniri innocentem ob delictum alterius. Sed obstat videtur, quod Concilium de vno etiam in singulari loquitur. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumperit, aut si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates neglexerit, &c. Quid si adhuc sub verbis Concilij vtrique coniux simul & coniunctim comprehendi dicatur, saltem obstat ratio: quia illa pars quæ conscientia impedimenti contraxit, se se voluntariè in has angustias & pericula subiecit: quare debet quoque tolerare iacturam fame, aut aliud incommodum, detegendo, impedimentum alteri parti, curando tamen id fieri cautior: modo quo possit. Et præcipuè apparet quod eius potius interest, matrimonium validatè per dispensationis impetrationem, quam alterius partis, quæ forte cognito impedimento libertius discinderet, quam confirmabit matrimonium: quare iustum est, vt illa pars subeat pœnam, quæ fortasse alteri parti non erit pœna, sed res grata.

3. Dicendum est igitur, ex dictis, vt Episcopus in impedimento dirimente possit dispensare, requiri vt matrimonium bona fide saltem vnus sit in facie Ecclesiæ contractum præmissis denunciationibus (nisi super eis impetretur dispensatio ab Ordinario,) & impedimentum sit occultum, sitque difficilis separatio, & Pontifex vel alius specialem habens facultatem non possit commodè adiri, in quo euentu Episcopus dispensare potest, non tantum, quando vnicum est impedimentum, sed etiam si plura concurrant, propter rationes allatas.

4. Quibus verè casibus potest Episcopus dispensare non ideo potest dispensare eius Vicarius Generalis, nisi specialiter ab Episcopo id ei committatur, vt censent varij; quia tacita Pontificis concessio non videtur ad hoc extendi: potest tamen Episcopus id alicui specialiter committere. Ita Præpositus *supra.* Vide etiam Villalob. in *sum. tom. 1. tr. 14. disp. 25. n. 4.* hæc

5. Non deseraim etiam hic adnotare, Perez de *Matrimon. disput. 44. sect. 6. num. 9.* docere quod

266. Q
us casu
fuit, &

2m
rim
ma
Ex

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

Sup. hoc in
fra in Ref.
134. §. Sed
difficultas.

tunc dicenda sit mala fides, quando nimirum con- iuges non solum sciunt impedimentum cum con- trahere voluit, sed etiam sciunt inde oriri impedi- mentum dirimens ad matrimonium contrahendum nec est mala fides, quamuis procedat ex lata culpa, & ignorantia culpabili quia Tridentinum citatum expressè petit, vt scienter præsumatur: at non vult dicitur scienter facere, qui ex ignorantia erat- la ficit, sed dolus requiritur. Vnde solum ex clude- tur hæc bona fides, quando ignorantia esset ad e- cussa, vt esset ingens temeritas; quia tunc acqui- paratur dolo.

RESOL. CXXXI.

An Episcopus possit dispensare in impedimentis di- rimentibus matrimonium, quando contractum est mala fide, si sequantur periculum, aut scandalum. Ex p. 1. 4. & Milc. 2. Ref. 18.

1. Negatinè respòdet Pontius de matr. lib. 8. c. 13. n. 4. Coninck de Sac. disp. 3. dub. 1. Donacina de matr. quest. 3. punct. 15. n. 4. Tan- guntius tom. 4. disp. 8. quest. 4. dub. 9. n. 162. Valq. in p. ar. 2. disp. 78. cap. 2. n. 16. Rebelius part. 2. lib. 4. quest. 10. Salas de legibus disp. 0. sect. 3. n. 25. San- chiez de matr. lib. 2. disp. 40. n. 4. Hurtado de matr. disp. 16. diff. 1. n. 6. Ochagavia de Sacrament. tract. 5. de matrim. quest. 10. 7. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 14. diff. 25. n. 4. Præpositus in 3. p. quest. 8. de dispens. matr. dub. 2. n. 12. & alij communiter, asserentes, tunc Episcopum posse dispensare in impedimentis diri- mentibus, quando matrimonium est bona fide tal- tem vnus contractum, & publicè, & impedimen- tum est occultum, & separatio coniugum nequit fieri absque magna fame iactura, aut scandalo, aut alio magno inconueniente, & nequit ad Pontifi- cam tri. ne que ad alium habentem priuilegium dis- pensandi, aut si adiri potest, dispensatio, tamen dis- pensari nequit absque probabili periculo peccandi. Et ratio huius sententiæ est, quia mala fide, contrahens indignus est, cui fauor huiusmodi præstetur, ergo non potest præsumi tacita concessio Pontificis, vt Episcopus in eo casu dispenset. Quod confirmat- ur ex Tridentino sess. 24. cap. 35. de reform. matr. vbi sic habetur. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsump- serit, separetur, & spe dispensationis consequen- tia careat.

2. Sequitur hic casus frequenter in praxi potest accidere, his non obstantibus, affirmatiuum senten- tiam docet nouissime doctas Alphonsus Moscolo in summ. tract. 10. cap. 29. num. 21. vbi sic ait. Quando de matrimonio inualido es celebrando con esta mala fe, la comun tieno, que en ninguna manera puede el Obispo dispensar, aunque aya grandes escandalos y dificultades de acudir por dispensacion a su Santedad, y aya peligro de incontinencia, y fornicacion. Mas la experiencia que yo tengo de ver almas asfijadas, y desconsoladas, viendo se en peligro de perdi- cion, casi impossibilitadas de hallar remedio, si los Obispos no las remedian, me muene a tener por muy probable la opinion contraria, y decir, que aunque aya ando mala fe en ambos caidos, puede el Obispo dispensar concurriendo las causas dichas de ser el ma- trimonio publico, y el impedimento secreto, que no se puede publicar, y grande escandalo en apartarse, y de dificultad notable de acudir a su Santedad. Y esta opi- non tiene Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 2. otros modernos con el, y las razones, que Tom. III.

en su fauor son fuertes. Cierito es, que el Obispo no puede en su Obispado, como Pastor de la Iglesia, que su Santedad en la Iglesia es que el poder del Obispo esta subordinado al de su Santedad. No le puedo impedir que no use del como lo haze, quando conuene; mas quando le impide no se le uita, ni le impide en todas ocasiones, sino en las ordinarias, quando no ay peligro de perderse las almas: porque asiendole, quien duda, sino que la voluntad de su Santedad es, que el Obispo las remedie, dispensando, y usando de la potestad que Dios le tene dada, y decir, que en semejantes casos su Santedad no quiere que el Obispo dispense, porite que es decir, que su Santedad no haze oficio de Padre, y que usa mal de su poder en perjuizio de las almas. Y como mandando es Consejo de Trento sess. 24. cap. 5. que no se dispense con los que con mala fe se casen en grados prohibidos, no aya las manos a su Santedad, para que no pueda dispensar quando conuene, tampoco las aya al Obispo, pues el vno, y el otro tienen poder de iure diuino, el Papa per se, y el Obispo per accidens, quando se lo tiene prohibido su Santedad, y es necesaria su dispensacion para el bien, y remedio de las almas, conueniendo las causas dichas. Manda Dios nuestro Señor que nin- guna persona mate al proximo; mas si un hombre no puede conseruar su vida, sin quitar la suya al proximo propter inculpata tutelam, Dios per- mite se las quite a esta semejanza. Manda el Conci- lio que no se dispense con los parientes, que mala fide se casen, mas siendo necessaria la dispensacion para el bien, y vida espiritual, es mucha razon se dispense, y no porque estos mal casados con mala fe, y engaño, y por su gran culpa, se ayan puesto en tal mal estado, y de su parte se ayan hechos indignos, y no merezcan, que la Iglesia los fauorezca, dexa al Obispo como Padre de tener obligacion a los reme- diar, y amar, y usar con ellos de misericordia en estado tan miserable, y digno de ser fauorecidos, dis- pensando con ellos para sacarlos de aquella miseria, como lo esta qualquiera a usar de caridad y miseri- cordia con el, que esta en estrema necesidad; aun- que sea por auer dissipado sus bienes en grandes ma- lades, o como desesperado se aya echado en una bal- sa de agua a ahogarse, o en lazo a la garganta para a ahogarse, pudiendo remediar a estas extremas ne- cessidades; quien duda el auer obligacion a ello con ley de caridad, usando de misericordia con el miserable; loque es razon de aueruir, que de semejantes dispen- saciones no se ha de usar, sino quando es claro auer grandissima necesidad para el remedio de las almas, y considerarlo con mucho acuerdo, y prudencia; y im- poner penitencias algo pesadas; pero lleuaderas. Huc vltque Moscolo; licet Præpositus in 3. part. quest. 8. de dispens. matrim. disp. 1. num. 12. hanc opinio- nem in casu aliquo valde rato putet probabilem esse, nam quando valde magni referret ad bonum publicum conseruandum, vel ad impediendas discordias inter illustres familias matrimonium aliquod non solui, tunc putas Episcopum posse dispensare in impedimento etiam cum iis qui mala fide cum illo contraxerunt. Verum affirma- tiuam sententiam absolutè probabilem esse docet Villalobos in summ. tom. 1. tractat. 14. diffical. 25. numer. 4. vbi contrariam quam ipse tenet vocat probabiliorem. Sed an hæc sententia verè proba- bilis sit, remitto me iudicio aliorum.

LA N A E
O M N I A
O. I. I. I. V. V
E. I. I. I.

Sup. hoc
fra lege de
Christum
Hic suppo
ficio. Ref.
153. & cu
la intere
quid pon
hac que